Coibus Cum et inscriptionibus Pnti. Cibus exceptionibus Cuasionibus prescriptionibus fatalijs vera vel simplici infirmitatibus actione per maiori legalibus impedimentis ad quietem dilationem recipiendam. Renatri ... Motionibus appellationibus earumque prosecutionibus ac dilationibus universis semotis et in parte reiectis tamen quorum opus fuerit satisfacere cuiusque successoribus tenebitur nulla prescriptione tamen obstante

Skoruthowie quietant Fredro

Comparentes personaliter coram officio et Actis Pnti Castri Capitulis Premisliensibus Nobilis Auctus filius et Anna filia Nobilis olim Ludovici Skorutha successores Illmi ipse quidem Auctus solus pro se et ipsa Anna uti consors Illma Nobilis Joannis Orzechowski cum consensu ipsius mariti et tutoris sui utrique illorum a tribus districtibus iuribus et iurisdictionibus suis pretereunt suo recedendo et huic Pnti iurisdictioni se ad successoribus bonisque suis omnibus in toto quoad hunc actum incorporando sani mente et corpore existentes publice ultro et pro expressum recognoverunt quia ipsi eliberando et immunem faciendo Nobilem Helizabet de Lanijow relictam consortem olim Nobilis Ludovici Skorutha matrem suam Illmam ab onere inscriptionis eiusque toto onere qua se predicta mater recognoscendo pro eisdem recognoscentibus recipiendo et levando summam quadringentorum florenorum ab Nobili Andree Fredro in villa Godnowicze sedente per ipsum Andream Fredro olim predicte Ludovico Skorutha parentum ipsorum Skoruthow inscriptum et bonis quibusvis assecuratum coram iudicio et actis terrestribus Premisliensibus in manus eiusdem Andree Fredro per quietationem et inscriptionis cassationem inscripsit et obligavit ut inscriptio eadem terrestris Premisliensis latius in se complectitur. Satisfacientes eidem inscriptionem et submissionem nostris suis cum Nobilem Andream Fredro in Godnowicze sedentem successoresque eius de summa eadem quantum pro interesse eorum spectat et pertinet quietat liberumque eundem Fredro faciunt perpetuis temporibus inscriptionem eandem tum et totum processum iuris ad eandem inscriptionem instituti quantum pro interesse illorum spectat et pertinet cassant mortificant et in nihilum convertunt sibi et suis successoribus ratione premissorum omnium sibi eisdem recognoscendo pro interesse sermonem perpetuum et aeternum imponendo silentium ... personalibus recognitionibus mediantibus

Dobrimiezka quietat successores Castellani Sanocensis

Comparens personaliter coram officio et Actis Pnti Castri Premisliensis Nobilis Helena primarum nuptarum olim Nobilis Laurentij Zarembowski et nunc secundarum Nobilis Joannis Dobrimiezki consors Illma bonorum omnium morte olim predicti Laurentij Zarembowski derelictorum dicta reformatoria et adiutorialis cum consensu eiusdem moderni mariti sui pro ipsa personaliter stans a tribus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competentibus recedendo Pnti vero iurisdictioni Castri Premisliensis se successores cum bonis suis omnibus quoad hunc actum attinet incorporando et subiiciendo sani mente et corpore eius publice ultro recognovit quia eliberando et immunem faciendo Nobilem Joannem Dobrimiezki maritum suum ab onere inscriptionis Castri Premisliensis qua se nomine suo levando et recipiendo summam centum florenorum per cuius a Nobilis Joanne Felice Tenutarius Mosciceni et Wisnen ac Simone Gaspare Herburti de Tulstini filijs et successoribus Illmis magnifici olim Joannis Herburt de eadem Tulstini Castellani Sanocensis et Capitulis Premisliensibus coram officio et actis Pnti Castri Premisliensis de sui statutione et percepta summa quietatione se se inscripsit. Satisfacientes itaque eiusdem submissioni eius predictos Nobilem Joannem Felicem et Simonem Gaspare Herburti successores predicti olim Castellani Sanocensis qui summam huiusmodi predicte recognoscendo actis Pnti inscripserat ob satisfactionem de huiusmodi summa quietat liberos et immunes faciunt perpetuis temporibus inscriptionem eandem Castri Premisliensis una ad omnibus eius contentis ita ex nunc cassat mortificat quin hilat et obliterat sibi et suis posteris ratione premissorum per